

cia vertiginis, quæ in impellit ex alto in inferiora aspicientes; ut amittentes deceptione sensum, fortius ex ruina allidantur: ex ruinaque tanta, qui lapsus vertigine inclinationis Nabuchus surgit; quippe pro pharmaco allisus, oculos ad cælum studiosè levavit. Quis in fastigio virtutis ex sæculi contemptu fiat; inferiora a quæis assumptus, non aspiciat, sed despiciat, quia aspectus fascinat: igitur si aspectu in cælum sensus præcipiti redditur; ex inclinatione in terram profectò amittitur: ex quo mentis alienatio, quoniam homo sine sensu: minimeque gloriosus, dum apparet infensus. Fatuus itaque qui respicit, quæ reliquit, sed magis fatuus, qui in altitudine ascendere resistit, ex qua cecidit; ut iterum adipiscatur throni & regni maiestatem, maiestatisque decorem. Oculos ad cælum levando, facta Nabucho dignitatis restituit; ut dicat monachus relinquere ab affectu proculcata, ac deserere sine ullo aspectu relicta: quandoquidem ni despexerit, quem apexit infra mundum, nequit respicere cælum: oditque Dominus hæzere terrenis fosciculum cordis.

13 Dicit Sponia quæ facta speciosa ex nigra. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, ut pescetur in hortis, & lilia colligat. Ut lilia succidat: subdit Ghisler. hic n. 9. Idek, ut ampetet. fecet, ac in fasciculum formet, candida lilia carpit. Verùm cur duntaxat lilia?*

Ovid. 4. *Tot fuerant illic, quot habet natura colores, Præque dissimili flore nitebat bumus. Plurima læta rosa est: sunt & sine nomine flores.*

Si viola niter, si rosa floret, cur Sponsus solummodò lilia carpit? In maiorem commendationem candoris, atque perfectionem sanctitatis. Nihil inuilius cordi, quam radix lilij, uti observat Bernard. in *Vite mystic. cap. 19. n. 75.* in Ecclesiæ areola Sponsus perferat lilia, quorum celsitas inter flores illustrior, cæloque spectabilis candor, ut homines, florentes quasi lilium, discant, quomodo Sponso maximoperè placeant: etenim illi displicet, versus cælum cor ostendere candorem, & terræ mordicus adherere radicem. Vernaculè: *No agrada la candidèz, teniendo en la tierra arraigado el corazón.* E respice avellenda, ut florentia, & rutilantia plus ac plus emineant lilia. Germinabunt in terra, ut mirabilis sit ex tellure talis forma & formæ gratia. Germinabunt in horto, sed nequaquam lilij flores florebunt nisi in fasciculo: etenim si signant corda purissima hominum, germinantia versus

Corda Monachorum separata a terra Deo grata: si contra, si contra.

cælum; tunc Sponso, quia facta, lilia gratiora, quoniam separata à terra.

14 Per flores signari iustos & eorum virtutes, quæis rutilat vestis Ecclesiæ ex florida vernante varietate coloris; dicit Bernard. quo dudum & fusè Lauretus in *Alleg. ac Berchor. Dictionar. verb. Flores.* In virtutum imitationem ut provocent animos, & inardescat pectus; dicit Siracides: *Florete flores: & quasi non fuisset floridum spectaculum; addit in ampliorem splendorem, Quasi lilium: in elegantiore formam; Frondete in gratiam:* igitur in floribus germen Sponso minime gratum; ni florescant quasi lilium. Verùm modum lilij florentis, cur virtutum æmulatur flores? Ut habeant gratiam pulchriorem, luminum amenitatem: siquidem si corda obumbrantur in lilio (extra cespitem nativum plus specioso) illud æmulantibus floribus, erit cordium maior virtus: floret enim maior ex virtutibus gratia, si corda florida separantur à terra. Delectant magis Sponsi flores colligentis aspectum, si cordium charismata

Vernantia lilia surgunt.

Si quidem ni à tellure ut rutilent segregentur; flores virtutum non florent, sed deflorantur. Intelligitur modo, quare N. institutor, Christi delictum & amor, *Regul. Sancti. cap. 4. Instrum. 20.* informet Monachum, dicens: *a sæculi actibus se facere alienum.* Alienum, quippe ex hoc mundo, non esse debet se facere: te facit Monachus alienum à sæculo, dum in illo natus, removetur à mundo. Flos quæ esse, verùm dissimilis lilio; sine flore, sine speciositate, sine gratia, nec Monachi forma: iubeturque Monachus se facere alienum à læculo facere, ut possit virtutibus singulariter fulgere; igitur excellentius eminet Monachi virtus; ubi separatus fuerit à tellure, de qua natus. Ita exultat solitudo in portentum, & Monachus floret, ac refloret quasi lilium: alias ni à terra avorterit lumina, fascinatio nugacitatis mundi obscurat bona: dicitque invalida virtus,

Nos quoque sturimus, sed fuit flos ille caducus.

Qui mundo credunt, confidunt in nihilo, quem Monachi despiciere debent despectu, ne visus noceat, & appetitus illudat. *Sprevisent contentemere:* dicit Ezechiel. Non est Tautologia, sed cautio renunciationis mundi in status eminentia: equidem in mundi despectu ex animo non despectus; si post despectum respicit mundus. Nugax est, fallax est: sufficit in cognitionem falsitatis tot eiusdem permutabiles species. Canit

Boëtius, *lib. 2. Metr. 3. à v. 13.*

Ecclesi. 39

Car illorum virtutis lilio similit

Stroz. p.

S. Bened.

Locus habitationis ab affectu peccati.

Isai. 3. v. 1.

Ovid. 3. Amer. 2.

Ezech. 20. 27.

Ra.

Rara, si constat sua forma mundo, Qui tantas variat vices. Crede fortunis hominum caducis, Boni crede fugacibus. Constat? Aeterna positumque lege est, Ut constat genitum nihil.

Boët.

DIDASCALIA IV.

Sensus Bernardi superiores sensus.

Occurrit volè mihi, quod iam pridem volebam ex corde in expositionem virtutum ac charismatum Bernardi, quem meritò Daniel Heinsius *Orat. 3. extollit rivum paradisi, ambrosiam antimarum, pabulam Angelicum, medullam pietatis.* Nonnunquam mellis & igneus, lavis, speciosus & lacteus, prodigium orbis, totus mirabilis, non solùm auctoridactus, sed theodidactus & inter fagos & quercus. Vide *num. 17.*

Si Deus omnipotens vera est sapientia, verus

Daniel. Heinf. Elegia Bernardi

Achill. Bocch.

Thren. 1. 13.

Mantuan.

Pyramis Ecclesi.

Huius amator erit, qui Dei amator erit. Accinit Achill. Bocch. Symbol. 35. Si Deus sapientia, & Deus charitas summas qui multum diligit: plus cognovit. Amor mentis splendide lux: *De excessu misit ignem in ossibus meis & erudit me.* Lux in tenebris lucet, & per mirabiles radios cognoscitur unde venit. Canit Mantuan. *8. Fastor. Ducens mortalia corda De tenebris ad lumen, uti solet ignea lampas, Longinquæ de turre micans, adducere noctu*

Turbine iactatos secuta ad littora nautas.

2 *Pyramis Ecclesiæ* plauditor à Petro Venerabili, *lib. 6. Epist. 29.* An quia tendit in cælum? An quia uti flamma semper fursum? An quia umbræ nescia, ubi super illam Solis flamma? An quia immota manet? An quia inflexibilis rectitudine prominet? Ad Cæl. Gregor. *lib. 2. Hieroglyph. à cap. 20. Octav. Strad. Tom. 1. Symbol. 4. Summ. Pontif. Petra, Sancti. lib. 9. cap. 2. & fusè Piciacell. Mund. Symbol. lib. 16. cap. 16.* Alia proposito nostro ministrat præfatus Achilles, *Symbol. 48.* picta pyramide, quinque gradus pro basi habente, in quolibetque unum ex corporis sensibus, quasi comprimeret in cælum erecta virtus, cum hocine lenate:

Nescia fortuna virtus cessisse, subactis Sensibus, excessu vœtice summa petit.

Achil. Bocch.

Quid subiectio sensuum in virtutis fastigium? Dedicate Deo in unoquoque talentum; ut sensus officium faciant, & animæ non officiant: etenim si illi talenta, ac sine abusu pretiosa; ubi fuerint à pyramide subiecti, fulgent gloriose alia quinque. Hinc Bernardi clucet perfectio ex usu sensuum sine sensuum usu: igitur tot mira, stupenda perfectio; quia quinque talenta Naminè ob perfectionem dicavit. Percurramus singula, & quomodo in quinque alia sunt vita talenta.

Sensus eius quare pretiosa talenta?

3 In manu signatur potestas (utque: quaque in Scriptura & PP. testimonia. *Genes. 9. 20. Exod. 4. 17. & Ioann. 13. 3. August. de Tempor. ferm. 197.*) & Bernardus quia noluit, singularem potestatem habuit. Manum suam misit ad fortia, qui ad nulla exteudit dignitatum munia, arbitrans vulturiam draconis sub virga aurea dignitatis: at quid inde? Portentum singulare. Cùm in Aquitaniam Bernardus cogeretur à Claravalle progredi, ut schisma comperceret, odorans diabolus factionis suæ fore perniciem, Abbatis perfectionem; in via solitaria clavum è iugo curus extraxit, quo brevi cursus equorum impulsu rotam exultanter fregit. Cùm properato opus esset, ægre fracturam Bernardus tulit; quousque auctorem obicis cognovit, cui præcepit illico curru pro rota substitui, ut fructum eius adventus minime impedirent meditatæ morule. Sufficit diabolus portans onus, ambulans in circuitu tanquam impius, calcatus à Bernardo, triumphum præsignante trophæo: igitur nihil aliud quibat ferre incundius, quam catenis potestatis mirè tractum, in hominum spectaculum, atque barathri ludibrium, Retorqueatur Senec. in *Heracul. Octavo. v. 1009. Membra quis præbet rotæ Bernardus.*

Substituit diabolus in trophæo pro rota.

Totus in vultus meos decurrit Orbis. Hinc & hinc populi presunt.

Totusque possit vindicem mundum suum. Quò fugam præcepte agam?

Adi Iacob. Merlon. Guillielm. Abbatem, Philotheum Monach. Nicol. Hacquevill. & Surium, in *Vit. Bernard.* Frequens erat portari in triumpho belluam singularem, civibus incognitam, post provinciam devictam. Unde Philipp. Brier. *ann. V. C. 498.* subdit: *Instituta magnitudinis serpens interemptus. Erat is pedum centum viginti; tam duris squammis, ut resisteret telis. Huius pelvis Roma suspensa è templi tholo diu percuravit, ut inventum esse illiusmodi in Africa.*

Brier.

Bellua singularis in triumphis.

Afri.

Apoc. 6. 8.

Africa monstrum saltem oculis crederetur. Non novum in factis, quod exeuntem victorem ut vinceret, mors & infernus seque- retur, quo triumphus Bernardi de hoīte tam valido praefigatur: equidem exhibit in rota gyranem Luciferum, ut saltem oculis crederetur in schismate adesse huiusmodi monstrum, cuius calcata superbia, atque frustrata fiducia: Plautus ad rem in Cistela. Act. 2. scen. 1. v. 4.

Exanimor, feror, differor, distrabor, deru-
pior,
Iacior, crucior, agitor, stimulator, versor
In rota miser.

Dicit in articulo diabolus malevolus: igitur dum ab illo impetitur dolore Bernardus: & conversus dolor eius in caput eius: & ubi loco rotæ iugo curus potestate ligavit, in verticem ipsius iniquitas eius descendit.

Quid memorem infandas cedes? Quid facta tyranni

Virgil. 8. Aneid. v.

Efferat: Dij capiti ipsius generique referent.

Rom. 16. 20

Factum est. Deus autem pacis (Paulus Romanos alloquitur) conterat satanam sub pedibus vestris velociter. Optat Doctor Gentium magna, quæ in Bernardo mirifice visa: equidem coram illo princeps discordiæ (ubi Ecclesiæ Doctor mellissus consulebat paci) non solum velociter prostratus, sed sub pedibus; ne caput exaltaret, qui in schismatis durationem rotam contrivit: igitur simulatque casus visus, egressus est diabolus ante pedes eius. Ad rem Manil. 1. Astronom. cap. 3. à v. 39. En Lucifer coram Bernardo:

Exoriens simulatque cadens, quia fertur in orbem.

Sub pedibusque iacet nostris, supraque videtur

Manil.

Ipsa sibi fallente solo declivia longa, Et pariter surgente via, pariterque cadente.

Iob. 40. 24.

Huius portenti figuratio invenitur in Iobo. Intende. Satan sub titulo Behemoth, dicitur Principium viarum Dei: prima in cunctis creatura: cuius pulchritudinem traxit in flammam superbia. Casus acerbior, ut verbis utat Proiani, 2. Metam. fabul. 12.

Ovid.

Quanto splendidior, quam cetera sidera fulget. Lucifer.

Quæ in hominum ludibria non meditata! Superbus est valed: superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius, plusquam fortitudo eius. Ecce (subditur) spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis praecipitabitur. Pineda hic: Ut maneat infixum

in eo loco, ad quem proicitur. Exponit articulus Bernardi totam spem facere, dum fregit hic ferus evulsi claviculam iugi. Ex fractione currus cogitavit viam non bonam, igitur discordiæ flammis contrariam. Quò magis Bernardus remoraretur, plus fomes incendebatur, animabus inelcatis mulcimine contentionis, quo vicia potentiora, ac virtus attrita. Mentita est iniquitas tibi, innata malignantis cecitate, corruque san, quem setellit spes: igitur suffectus in rota, praecipitatus in via, fixus eo loco mansit, quousque Bernardus iter omnino confecit. Fremuit spe lactatus, in sua superbia comprehensus, ludibrioque fit, draco formatus ad illudendum ei: equidem volubiliter tractus non tantum rumpebatur stimulis confusionis; sed quòd rotaret toto tramite ritu videntibus cunctis. Multa tamen iuvat in triumpho phantasiam draco, sed non trahendum in Bernardi triumpho. Multa, sed

Modò torquet in auras

Flexibilis rictus, & nunc cervice rotatà Incipit effusor in gyrum corpore curfus. Tribunal (inquit Iul. Capitolinus in Maro. 1.) qui excubias deserti passus est, carpento rotali superadnexum, per totum iter vicium atque exanimem traxit. Vigil adstabat Bernardus, ut quam citò schismatis compesceretur tumultus. Clavicula currus evulsione, excubias cupivit Satan gregis Dominici deserti: at luit penas cogitata iniquitas: etenim carpento rotali adnexum per totum iter ignominiosè tractus. Quomodo cecidisti Lucifer? Floride Aufon. Epigram. 135.

Stella prius superis fulgebas Lucifer: at nunc

Extinctus, casus lamine vesper eris.

In contempta superbia Deum Israel contempnit, dicitur de Lucifer, seu lucifugo, sub persona Holofernis; quin in opprobrium contemptus decideret munus vindicis. Deum contempnit diabolus inhonorata Deitate: verum iniuria vindicata fuit ab homine: etenim Bernardus in superbia contemptum eum humiliavit, qui contemptu superbiæ Numen contempnit. Nemesis pita super rotam, infra humiliata fortune superbiæ, uti diximus, ex Macrob. 1. Saturnal. cap. 22. Tom. 2. T. 12. D. 3. n. 3. & Tom. 4. T. 6. D. 5. num. 21. additque Char- tar. in Deor. imagin. fol. 307. Nemesis ergo Dea erat, quæ univique quod rectum esset, ostendere credebatur: ulerix facinorum impiorum, arbitra rerum, regina causerum; cuius hæc natura, ut fulgentia ob-

Quanti op-
probrium ro-
tationis dia-
bolii

Lucan. ad
Pison. à v.
Iul. Capiti

Imago Ne-
mesis & Vir-
tutis.

Chartar.

Iob. 41. à 24.

seuret, & quæ sunt in obscuro, illuminet. Contra Superbiam coli, sic erectas mentium humanarum cervices opprimere, & enervare nunc videtur. Superbia diaboli deiecit è curru subdole Bernardum, qui univique uti iris pacis ostendebat rectum: cum Bernardus iudex esset causerum, arbiter rerum, ulior facinorum iugumque superborum (his frenum ferens, iustis regulam & mensuram adinstar Nemesis proferens, de qua Alcias. Emblem. 27.)

Vestigia servat, Continet & cubitum, daraque frenam, manu.

Diabolum non solum in rotam deiecit, sed rotam etiam constituit, ut constaret, Bernardum mirifica potestate contra superbiæ Luciferi coli, factò superbi ludibrio, quo hostis antiquus dolo ludibrium meditabatur: igitur triumphantem in rota traxit, ut traheretur. Noltrates: Arrastrado figuò el

triumpho. Arridet Iobi locus alter. Non est super terram potestas, quæ comparetur ei. Ipse est Rex super universos filios superbiæ. Filij superbiæ sunt demones, qui invite subduntur potestati Numinis; quasi nullus hominum eius possit nisi in caelo imponere iugum. Ascendit semper illorum superbiæ; sed Bernardus habet potestatem super omnia dæmonia, universos filios superbiæ, in auras tumidos inflatissimæ arrogantiz. In dæmones? & excellentià singulari potestatis. Non est super terram potestas, cui comparetur Bernardi dominantis auctoritas: igitur dæmonum principem & pro rota suffecit, & ad rotam cunctis videntibus traxit. Diabolus trahitur, atque Bernardus contra superbiæm colitur.

Terror dæ-
monum.

6 Describit articulum David in speculo amplissimo virtutis Dei. Qui similis tui? Apparebit utique, quòd nemo similis. Illic ut in Ecclesiæ conceptum schisma, tota Christiana commota Republica: quippe duobus capitibus apparebat monstrofa. Ecce inimici tui sonauerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput: super populum tuum malignaverunt consilium, & cogitaverunt adversus sanctos tuos. Ita factum, ut nomen deleretur Christianorum: sed cum Bernardus ignem sopire zelo ardentissimo vellet; adversus sanctum Luciferum cum asseclis cogitavit, ut in qua vehabatur frangeretur rheda, ne per illam posset schismatis restinguere concepta flamma. Rota fracta fuit: nequit Bernardi moveri pes: interrim grassatur pestis, & exardescit ignis. Quid in huiusmodi systemate in voracissimam, vehementiorem flammam? Pone illos ut rotam. Ut de-

Pl. 82. à 2.

Iudith. 13. 25.

7 Ita, dum dæmon suam Babylonem construit, Bernardus civitatem sublimem humiliavit. Struebatur lapidibus discordiarum, & eam conculcavit pes papperum, gressus egenorum; detrahens usque ad pulverem; ut ingrederetur gens iusta custodiens veritatem: Semita iusti recta est. Ex hoc maxima Bernardi laus: igitur in itinere nactus est omnimodam rectitudinem, ductus mirificè etiam per ipsum errorem. Intuitus in- neris patet, & exitus felix. Domine (inquit Propheta) dabis pacem nobis. Unde concipitur pax & pax fecura, in orbe Christiano ita gliscente discordia: Propter mirifica à Bernardo perfecta: equidem si à dæmone fracta rota, ut Bernardus erraret in via; posito dæmone ad rotarum rheda iugum, rectus callis iusti factus est ad ambulandum. Vetus error abijt, pax servabitur, ubi Bernardus ingreditur: paxque citius facta per errorem dæmonis, quippe civitatem citius constituit habitacionis. Humilitate humiliabitur civitas: dicitur ab eodem Evangelio Vate, de Babylone. Quorsum humilitate? Est discrimen inter humilitatem & humiliationem, uti diximus Tautolog. prac. à n. 34. Ipeque Bernardus in Cantie. ferm. 34. inquit: Quanti humiliantur & humiles non sunt. Patet in diabolo etiam humiliato arrogantie tenacitas, si-

V. 14.

Chartar.

decus fugiat diabolus, volabit curru: etenim icineris lentitudinem movebit Bernardus per rotæ celeritatem: consilio malignantium profectò fracto, quia defecerunt scrutantes scrutatio, positi sub rota, qui uti superbi persistebant supra. Apertus acumen, igitur pupugit dæmonem. Cur Bernardus alio supplicio non utitur, dum in consilijs suis dæmon comprehenditur? Excogitavit maius, quo rumperetur superbus, & positus pro rota, ut eius tunderetur arrogantia: siquidem cum ignem ille sufflaret, ut triumphantem ex flamma mundus videret; emarcuit inflexibilis tumiditas, ubi tractus tanquam rota per vicos ac civitatum plateas. Nunquid iste est, qui conturbavit terram, qui concussit regna? Qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit? Superbia est, quiesce, & ride: igitur qui struebat Bernardum meditata precipitia; uti lato comprehensus in plagio, iam turbinatur in rota. Ela Bernardæ, circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus. Disperge superbos in furore tuo, & respicies omnem arrogantem humilia. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere in- pios loco suo. Absconde eos in pulvere simul. Ecce Behemoth. In eum fulmen verba tua: vox tonitru tui in rota.

Ita, dum dæmon suam Babylonem construit, Bernardus civitatem sublimem humiliavit. Struebatur lapidibus discordiarum, & eam conculcavit pes papperum, gressus egenorum; detrahens usque ad pulverem; ut ingrederetur gens iusta custodiens veritatem: Semita iusti recta est. Ex hoc maxima Bernardi laus: igitur in itinere nactus est omnimodam rectitudinem, ductus mirificè etiam per ipsum errorem. Intuitus in- neris patet, & exitus felix. Domine (inquit Propheta) dabis pacem nobis. Unde concipitur pax & pax fecura, in orbe Christiano ita gliscente discordia: Propter mirifica à Bernardo perfecta: equidem si à dæmone fracta rota, ut Bernardus erraret in via; posito dæmone ad rotarum rheda iugum, rectus callis iusti factus est ad ambulandum. Vetus error abijt, pax servabitur, ubi Bernardus ingreditur: paxque citius facta per errorem dæmonis, quippe civitatem citius constituit habitacionis. Humilitate humiliabitur civitas: dicitur ab eodem Evangelio Vate, de Babylone. Quorsum humilitate? Est discrimen inter humilitatem & humiliationem, uti diximus Tautolog. prac. à n. 34. Ipeque Bernardus in Cantie. ferm. 34. inquit: Quanti humiliantur & humiles non sunt. Patet in diabolo etiam humiliato arrogantie tenacitas, si-

Et Iudi-
trium.

Iob. 4. à 5.

Isai. 26. 7.

Ibi. v. 11.

Bernardus
humilitatis
superbum.

Cap. 31. 19.

Bernard.

si-

ficat in Bernardo humilitatis potestas, ut civitatem sublimem humiliaret, quam diabolica discordia confruxit. Bernardi cor, ut edificaretur muri Ierusalem: diaboli pravitatis, ut destrueretur quæ edificatur ut civitas. Urget opus; & ne perficeretur, axis à diabolo fractus: ceterum prævaluit opus, ubi ex Bernardi humilitate, iacuit diabolus non humilis in proiecta humilitatione: etenim hac visâ, demone posito in rota; civitas rebellis promptè humilitate humiliata. Ter schisma Bernardi præsentia extiuit (uti Dionys. Carthus. *serm.* 1. observavit) sed diabolus semel rotam confregit. Gravis illi Bernardi cæcus: didicit diabolus obedientiam, ex his que passus. Timet autem, de nudaque quod non cavet præcipitium: etenim semel,

Horat. 2. Sordidam flammam trepidant rotantes vertice fumum. Satyr. 4. v.

8. Iam visa manus, sequitur sine oculorum sensatione mirificus visus. Cæcus factus est Tiresias, quia summa vidit, ait Natal. Comes 4. *Mytholog.* cap. 5. subditque: Tiresiam icterico cacum fecisse dicitur, quod sapientiam nudam vidisset: igitur qui dulcissimum sapientia fructum gustaverit, aut lumen eius perceperit; ad res cæteras cæcus habens efficitur. Est enim vir sapiens ob rerum humanarum contemptum, quas longo intervallo sub se reliquit: tunc etiam ob potentiam, & in negotiis transigendis felicitatem. Speculum objicitur Bernardi, viso divino splendore, & ad mundam cæcutientis copia lucis: igitur vel in mundo non aspexit, nisi quod semel aspexit. In hoc propositum vide dicta Tautolog. 4. D. 5. & n. 5. & ibi citata. Hinc oculi sapientis in capite, & stultorum in pedibus. Planè stulti notantur, qui vident, quæ calcata reliquerunt: non enim videntur, quæ pedibus conculcantur: aliàs ubi mundities, in pedibus patent fordes, iudicijque recti mutatur sententia, quippe visâ assumentur ut preciosa, quæ quia proculcata, invisâ. Felix qui habet lumina in capite, ut non videat quod videt sublimi lumine; etenim vel in mundo dantaxat videt, quæ in cælo semel respexit: vidit enim nudè lapientia lumen, & ad reliqua contraxit è lumine cæcitatatem: advenrus siquidem in mentem splendoris Domini, semper est signum consummationis sæculi. *Speculum perfectionis erat in mundo Bernardus:* dicit Gauricus in eius vitâ, & Chrysof. Enriq. in *Enchiridion.* Ex virtutibus eius lucet vel cæcis perfectio: sed unde, quia speculum in hoc mundo? *Repentia eius facies* (inquit Senec. 1. *Natur.* 99.

cap. 6.) & *repentinus interitus.* *Proprium* Senecæ, enim est speculi, quod non per partes struitur, quod apparet; sed statim totum fit: æquè eub omnis imago in illo aboletur, quam componitur. Nihil enim aliud ad ista efficienda, vel removenda opus est; quam ostendi & abducit. Elucet in Bernardo speculi proprietates, ubi celestis illuminavit claritas. Quæ ad illud ex mundo non obiecta? Sensus occupabant orbis negotia. Totus mundus post eum abiit, se totum illi commisit: verum in mundo erat speculum perfectionis; quippe ex tot mundi specterum impressione, in oculis nec species. Quælibet aboletur, dum componitur: efficitur & removetur, ostenditur & abducitur: siquidem quantumvis mundus mitteret peregrinam peccatori speciem; uti in speculo nunquam obtinebat impressio. En summa inter mundana perfectio: erat in mundo, verum non erat de mundo.

9. De affectis dicit Cælestis magister Patri: *Hi in mundo sunt.* Occurrit Antilogia, igitur subdit: *De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo.* Quomodo in mundo sunt, & de mundo non sunt? Quia non sunt mundi. Mundi est, quisquis in mundo mundi dicitur affectu: & illi non sunt, quanvis sint in hoc mundo; quoniam licet in mundo illorum esset præsentia, mundi de mundo relinquerent omnia. Non est de mundo, qui tantum in mundo est: igitur Christus in mundo erat, & non erat de mundo: est in mundo: qui est de mundo, ut mundi sit; corde attracto per mundi vanas species, in captivitatem cordis: qui videt mundam, ut diligit, non ut sentiat; quippe tunc visa videt, ac sibi de sensu placet: non est in mundo, qui in mundo; dum mundum videt, quasi non videret: discipuli que erant & non erant in mundo, cum essent tantum aspectu; siquidem, nec videntur que videbant, in his quæ obibant; non solum servabant animum, sed etiam in sensationibus sensum. Erant adintra speculi, occurrente specie mundi. Representabant obiecta, quorum ad sensus notitia, quin aliquid ex visis remaneret, ut in affectum alliceret: & cælo in mundo absens fit, cui mundus non rapit cor, per ea que lumina in affectionem titillant, erant in mundo & non erant: quandoquidem que oculis obijciebant species mundi, simulacra visa, ut non visa, evanescebant à corde. Speculum sepe obijcitur in obicem fascinationis: fascinat in affectum mundi species. Est in mundo, qui est in mundo; si ex visione mundus fascinat: haud qui illusus à veneno, quantenvis videat; quoniam uti

Gaur. Car plausu speculum perfectionis

Prov. 17. 24 Eccl. 2. 14

cap. 6.) & *repentinus interitus.* *Proprium* Senecæ, enim est speculi, quod non per partes struitur, quod apparet; sed statim totum fit: æquè eub omnis imago in illo aboletur, quam componitur. Nihil enim aliud ad ista efficienda, vel removenda opus est; quam ostendi & abducit. Elucet in Bernardo speculi proprietates, ubi celestis illuminavit claritas. Quæ ad illud ex mundo non obiecta? Sensus occupabant orbis negotia. Totus mundus post eum abiit, se totum illi commisit: verum in mundo erat speculum perfectionis; quippe ex tot mundi specterum impressione, in oculis nec species. Quælibet aboletur, dum componitur: efficitur & removetur, ostenditur & abducitur: siquidem quantumvis mundus mitteret peregrinam peccatori speciem; uti in speculo nunquam obtinebat impressio. En summa inter mundana perfectio: erat in mundo, verum non erat de mundo.

9. De affectis dicit Cælestis magister Patri: *Hi in mundo sunt.* Occurrit Antilogia, igitur subdit: *De mundo non sunt, sicut ego non sum de mundo.* Quomodo in mundo sunt, & de mundo non sunt? Quia non sunt mundi. Mundi est, quisquis in mundo mundi dicitur affectu: & illi non sunt, quanvis sint in hoc mundo; quoniam licet in mundo illorum esset præsentia, mundi de mundo relinquerent omnia. Non est de mundo, qui tantum in mundo est: igitur Christus in mundo erat, & non erat de mundo: est in mundo: qui est de mundo, ut mundi sit; corde attracto per mundi vanas species, in captivitatem cordis: qui videt mundam, ut diligit, non ut sentiat; quippe tunc visa videt, ac sibi de sensu placet: non est in mundo, qui in mundo; dum mundum videt, quasi non videret: discipuli que erant & non erant in mundo, cum essent tantum aspectu; siquidem, nec videntur que videbant, in his quæ obibant; non solum servabant animum, sed etiam in sensationibus sensum. Erant adintra speculi, occurrente specie mundi. Representabant obiecta, quorum ad sensus notitia, quin aliquid ex visis remaneret, ut in affectum alliceret: & cælo in mundo absens fit, cui mundus non rapit cor, per ea que lumina in affectionem titillant, erant in mundo & non erant: quandoquidem que oculis obijciebant species mundi, simulacra visa, ut non visa, evanescebant à corde. Speculum sepe obijcitur in obicem fascinationis: fascinat in affectum mundi species. Est in mundo, qui est in mundo; si ex visione mundus fascinat: haud qui illusus à veneno, quantenvis videat; quoniam uti

10. Occurrit Pauli singularis cæcitas, ut constet Bernardi sanctitas. Paulus corruit, ut surgeret. Felix casus, quo culpa cadit, & cadentem lapsus erigit. Apparuit Paulus cæcus. *Mirabile factis exemplum dedit.* Accinit Arator 1. in *Act.* v. 713. Pectus aperit, dum oculis claudit: igitur apertis oculis nihil videbat. Signum utique superioris lucis; in mundo nihil videre, etiam oculis apertis. Plura de presenti testimonio diximus Tom. priorib. dicentienda subquentia. Cæcus mansit tribus diebus: tuncque, uti subditur, & *vidit virum Ananiam introantem, & imponentem sibi manus ut visum reciperet.* Quid hoc? Si ut visum reciperet, necdum viderat: quomodo visum recepit, si iam videbat? Videbat cæcus, ut cæcutiebat videns? Neutrum & totum. Videbat mundum, sed nihil videbat mundi: diciturque videns cæcus, dum ab illo mundus visus; quoniam quæ oculis ex illo sensatione lustravit, quasi nihil ad sensationem videret. Erat sensus singularis cæcitatæ & visionis. Videbat tantum que volebat videre; quin videret videndo qua volebat: vidensque cæcutit, cæcusque videt, pro tenebris mundi & claritate cæli: igitur uti cæcus ex mundo profectò nihilum, & inter virorem cœtum tantum vidit Dei ministrum. Habebat sensum duntaxat ad superiora: Ananiam vidit solummodo in turba. Ibi erant alij, sed quasi non essent ibi: siquidem si mundus tantum; sensum habebat

Joan. 17. 24 V. 16.

Unde in mundo, & extra mundum?

Arator.

Act. 9. 12.

Quomodo cæcus & vidit?

ut in speculo mundi specterum repentinus ortus, & repentinus interitus: minimeque erant in mundo, in mundo quantumvis essent; quoniam mundum aspiciabant, quasi nunquam aspexissent. Denique, Est in mundo, qui est de mundo. De mundo est, non quem mundus sequitur, sed qui sequitur mundum. Mundum sequitur, qui viso mundo immutatur: qui in damnum sentit, quod in illo videt: illique, sicut Bernardus, in mundo erant, & non erant; quippe non erant de mundo: & non erant, ibi viventes, de mundo; igitur ad illum vitales sensationes sine sensu. In mundo, ubi hominum existentia astruitur; præsentia duntaxat non comprobatur: fugit enim in præsentia præsentia, ubi à loco fugiunt corda. Altiùs erexit Bernardus sensum, non videns in mundo mundum. Est in mundo qui in illo videt que videt; unde probatur de mundo: Bernardusque nec de mundo, nec in mundo; quoniam tantum contraxit in visione cæcitatem, ut tantum videret ibi quæ pertinebant ad Nomen.

10. Occurrit Pauli singularis cæcitas, ut constet Bernardi sanctitas. Paulus corruit, ut surgeret. Felix casus, quo culpa cadit, & cadentem lapsus erigit. Apparuit Paulus cæcus. *Mirabile factis exemplum dedit.* Accinit Arator 1. in *Act.* v. 713. Pectus aperit, dum oculis claudit: igitur apertis oculis nihil videbat. Signum utique superioris lucis; in mundo nihil videre, etiam oculis apertis. Plura de presenti testimonio diximus Tom. priorib. dicentienda subquentia. Cæcus mansit tribus diebus: tuncque, uti subditur, & *vidit virum Ananiam introantem, & imponentem sibi manus ut visum reciperet.* Quid hoc? Si ut visum reciperet, necdum viderat: quomodo visum recepit, si iam videbat? Videbat cæcus, ut cæcutiebat videns? Neutrum & totum. Videbat mundum, sed nihil videbat mundi: diciturque videns cæcus, dum ab illo mundus visus; quoniam quæ oculis ex illo sensatione lustravit, quasi nihil ad sensationem videret. Erat sensus singularis cæcitatæ & visionis. Videbat tantum que volebat videre; quin videret videndo qua volebat: vidensque cæcutit, cæcusque videt, pro tenebris mundi & claritate cæli: igitur uti cæcus ex mundo profectò nihilum, & inter virorem cœtum tantum vidit Dei ministrum. Habebat sensum duntaxat ad superiora: Ananiam vidit solummodo in turba. Ibi erant alij, sed quasi non essent ibi: siquidem si mundus tantum; sensum habebat

11. Oculi Bernardi singulares, quippe sensus sine copia sensationis: at singularior auditus, siquidem in illo sensationes sine sensu. Abbas Cliterniensis post obitum Bernardi, tumultuante populo ob crebra miracula, & irrepete Monasterij clausurâ, in qua pridem tacitura silentia; ne regularis disciplina periret, & fervor religionis tepesceret; ad sepulchrum reverenter accedens (inquit Merlon. d. lib. 7. cap. 28.) *per virtutem obedientia, ne signa uterius faceret, inhibuit. Sancta & verè humilis anima Bernardi etiam post mortem carnis obediens obdavit: nam signa que tunc iam radiare ceperant, ita cessavere; ut ex illa die & deinceps nunquam publica miracula facere visus sit.* Visum in articulo miraculi ex miraculorum cessatione, obedientia Bernardi; quod accidit in valle Moab, cum Michael Archangelus, cum diabolo disputans, altercatur de Moyse corpore. Cum Moyse viveret, signis ac portentis singularibus floruit: unde dicitur, *Non surrexit ultra propheta sicut Moyse, in omnibus signis atque portentis.* Cur ergo Michael de Moyse cadere cum diabolo altercatur? Ne sepulchrum eius cognosceretur. Quid quod cognitum vel incognitum? *Ne commoveretur Israël:* subdit Serarius hic. Sepulchro cognitio erit populi commotio? Profectò. Quod fecerat vivens, continuatur moriens. Si urgebant plage, suspendebantur Moyse intercessione: tota vita eius fuit miraculum in afflictâ republicâ subdidum, omnibus necessitatibus succurrentis, hostibus victis; cre-

mundo, sed sine sensu. Denum videre cupiebat, qui etiam in mundo invenitur, si rite quaritur. Ananiam Deus miserat: & hunc tantum iner homines videbat; quia ad cæterorum aspectus, quasi oculos videns haberet clausos: igitur, ni que cæli inter homines videret, nihil videbat; quippe oculis clausis in mundo mundum videre non poterat. Quid illi, quod illius non interest? Vidit ergo Ananiam, habens ad reliqua cæcitatem; quia ab illo tantum dicebatur in Nomen. Qui in mundo est, debet oculorum cæcitate affici, & gaudere lumine. Lumine, ne videat mundum: cæcitate, ut videat cœlum, ne sit de mundo in hoc mundo, & clareat conversationis perfectio: etenim sensus uti in Bernardo singularis, speciem perfectionis, in mundana oculos claudere, ac in cœlestia aperire. Dicere sicine quibat, quod Hercules, apud Senec. in *Furent.* v. 591.

O lucis alma rector, & cæli decus! Iustus in lucem extuli secreta mundi.

11. Oculi Bernardi singulares, quippe sensus sine copia sensationis: at singularior auditus, siquidem in illo sensationes sine sensu. Abbas Cliterniensis post obitum Bernardi, tumultuante populo ob crebra miracula, & irrepete Monasterij clausurâ, in qua pridem tacitura silentia; ne regularis disciplina periret, & fervor religionis tepesceret; ad sepulchrum reverenter accedens (inquit Merlon. d. lib. 7. cap. 28.) *per virtutem obedientia, ne signa uterius faceret, inhibuit. Sancta & verè humilis anima Bernardi etiam post mortem carnis obediens obdavit: nam signa que tunc iam radiare ceperant, ita cessavere; ut ex illa die & deinceps nunquam publica miracula facere visus sit.* Visum in articulo miraculi ex miraculorum cessatione, obedientia Bernardi; quod accidit in valle Moab, cum Michael Archangelus, cum diabolo disputans, altercatur de Moyse corpore. Cum Moyse viveret, signis ac portentis singularibus floruit: unde dicitur, *Non surrexit ultra propheta sicut Moyse, in omnibus signis atque portentis.* Cur ergo Michael de Moyse cadere cum diabolo altercatur? Ne sepulchrum eius cognosceretur. Quid quod cognitum vel incognitum? *Ne commoveretur Israël:* subdit Serarius hic. Sepulchro cognitio erit populi commotio? Profectò. Quod fecerat vivens, continuatur moriens. Si urgebant plage, suspendebantur Moyse intercessione: tota vita eius fuit miraculum in afflictâ republicâ subdidum, omnibus necessitatibus succurrentis, hostibus victis; cre-

Senec.

Merlon.

Mortuus obdavit.

Iud. v. 9.

Deut. 34. 10

Serat.

Brîs

mun obedire precipientis voci, cum præceptum vel ad vocem esset sine potestate. Subiit Bernardus non solum obedientiam, sed obedientiam omnem, quam didicit ex Regula, cap. 7. Grad. 3. de quo plura & in proposito, Tom. 4. T. 2. D. 2. à n. 1. Gradum humilitatis superavit. Ita textus: *Ut quis omni obedienti se subdat maiori.* Quid ergo Bernardus in obedientiam eximiam, ut omnem adimpleret obedientiam? Non maiori post mortem subditur, sed minori: ita ad præceptum minoris; ut in Bernardum iam mortuum haud gauderet potestate. Claret ultra: *Nihil sibi servans ex omnibus* (subdit Legislator cap. 58. ut Monachi eant de virtute in virtutem) quippe cui ex illo die nec proprii corporis potestatem se habiturum sciat. Bernardus in morte corpus exiit & induit: exiit, ut in cælum volaret; induit, ut vel mortuum obediret, non habens post mortem etiam sui corporis potestatem, ut obedientiam adimpleret omnem, procedens de virtute in virtutem: igitur & summum virtutis est obedire, postquam à Bernardo videbatur *Deus Deorum in Sion.* Consummationis ergo vidit finem, obediens quoque post mortem. Opus consummavit, ut faceret, atque iam facta perfereret.

Bened.

Consummavit obedientiam.

Id.

Psal. 38.

Crucius.

Pier. Val.

Conversio mirifica Gerardi Bernardi Anore.

Zach. Lip.

16 Haud minus odoratus suam expressit perfectionem in charismata Bernardi: igitur odor eius sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Nasus sagacitatem indicat: unde Pier. Valer. lib. 33. cap. 26. infit: *Nasus vocabulum sagacem notat, quod uniuscuiusque rei odorem statim explorat, & prius scilicet sensat, quam inspexerit.* Perficimus in Bernardo in abundantia Prophetiae dono, de quo latè AA. præfati in eius Vita: at in articulo conversionis Gerardi, fratris Bernardi, videbimus, quomodo emundatà nare senserit, priusquam viderit: seu potius quomodo vidit, antequam orbis videret. Gerardus dotibus clarus, saluberrima Bernardi coasilia repellerebat, temeritate arguebat, fratrumque conversionem, levitatem summam reputabat. Tunc Bernardus zelo charitatis exasperatus, digitum lateri eius apponens (tanquam Angelus qui latus Petri percussit, ut è somno excitaret, & in libertatem surgeret) *Venit, inquit, dies, & cito veniet, cum lancea lateri bulo infixa, percutiam faciem iter ad cor tuum consilio salutis tue.* Sic dictum sicque factum (ait Zschär. Lipelöb in eius Vita, & Merlon. lib. 1. cap. 3.) *Captus, & vulneratus iuxta verbum fratris, lanceam gestans ipsi lateri, eisdemque infixam loco, cui ille digitum appli-*

cerat; trahabatur, & clamabat: *Monachus sum. Nihilominus clausus in custodia est. Vocatus est Bernardus per celarem nuntium, sed non venit.* (Quid mirum? Infirmas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Disiulit sanare, ut posset refuscitate. Ita Bernarde, quem amas infirmatur.) *Post, fractis tactu vineti compedibus ferreis, crepuit etiam sera custodia, exiit cæcis videntibus, ac in templum introductus, indeque in Monasterium translatus, cum audisset de celo vocem: Hodie liberaberis. Ita Bernardus in eius spiritu qui fecit, quæ futura sunt; quod erat futurum, videre potuit quasi iam factum. Qualis enim in perfectionem evasit, quem Bernardus ita docuit? Videre serm. 26. in Cant. a. n. 3.*

17 Iason (qui post Princeps Argonautarum in Colchidum, unde traxit auream pellem) vulneratus adhuc iuvenis ab inimicis (ut possit erudiri) in feretro quasi mortuus evehctus est in caveam Chironis, unde evasit ad expeditiones inelytus heros; Ita Natal. Comes, 6. Mytholog. cap. 8. licet Zsch. Obliad. 7. Hiss. 96. dicat: *Natum Iasonem infanssem repente statim Mortuum ipsum esse fingentes, timore Pelæi In capsula, Chironi afferent velut mortuum; Qui cum crevisset, eruditus ab ipso.*

Facile in salutem animæ erudire, qui in studium perfectionis feretro effertur: etenim efficax in salutis studia, mortis memoria. Haud aliter accidit Gerardo ab inimicis percusso, cum renuisset accipere disciplinam, & Monachi formam. Velut mortuus ad Bernardum est adductus, in cuius spelunca, perfecti Monachi imbutur formâ, ita ut præ cæteris excellens fieret illis specimen sanctitatis. *Quam fidus comes* (subdit frater) *quam vigil ad curam, quam suavis ad mores frater genere, sed religione germanior! Mediorum studiorum sollicitus incitator, fidelis adiutor, cautus examinador. Quis illo vigiliat in custodia disciplina? Quis in castigando corpus aspericitor, suspensor vel sublimior in contemplando, subtilior in discernendo? Hic fructus doctrinæ Magistri, & usus Gerardi, operâ continuâ fabricantis recessibus Argon, qua duceretur in cælum, fixa figurâ navis in firmamento Religionis ad docendum transuentes.*

Sic conversa vetus super atbera vertitur Argo, Amalo ad puppim cum lumine clara videtur.

Adhuc alia conditio Argus inspicenda in præfata fabula. Operâ Sapientia instructam huiusmodi navem, dicunt Mythologi, canit

Efficax in salutis studia, mortis memoria.

Bernard.

Arat. Phoenom. v. 348.

Ovid. nit etiam Ovidius, 3. Trist. Eleg. 9. à v. 7. *Nam rate qua cura pugnacis facta Minerva Per non tentatas primis curcurrit aquas.* In materia variant AA. uti hic observat Iacobus Pontanus. Ex fago alij, alij ex quercu autumant; sed ex ligno loquaci, iter in tutum & pericula dicente, uti fructam Palladis arte. Videtis in Ephemer. Isagog. Septembr. à n. 7. *Quadrat ad unguem, dum scimus, unde Bernardus altissimam Scripturæ hauscit expositionem. Recessit Chiron in foveam, ac solitudinem asperam; ut navis qua cælum petitur, & à violentis rapitur, cælesti sapientia instrueretur. Cælestis utique altitit sapientia, ubi ligna vidit mutè theodidactus, inter fagos & quercus invenit totam scripturam appositam & expositam. Mantuan. d. succinit: Tradidit ingenium sacris sermonibus, omne Quod docuit Christus, quod prædixere Prophetæ. Quod didicit Moyses Panchæo in vertice, secum*

Mantuan.

Zetz.

Sedul.

Ioan. 19. 34

Afidue medians, sine præceptoribus ullis Scivit, & iccirco silvas habuisse magistras Se dicebat. Sic ad sapientiam moventur ligna silvarum, & invenimus eam in campis silvæ. Habitat in solitudine iudicium, quæ exultavit, & quasi liliam floruit, torrentibus sapientia in solitudine datissubi quasi in medio paradisi lignum scientia boni & mali. Ergo in Gerardi conversionem per Bernardum hæctendus calamus. In pectore Christi per typum aquarum fuisse mundi nationes; indicat Ioannes, Apoc. 17. 15. cui dicitur: *Aqua quas vidisti populi sunt & Gentes:* sicut ibi etiam in sanguine earum pretium redemptionis; qua de causa in illarum conversionem exiit sanguis & aqua: & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius. *Hæ sunt quippe sacra pro religionis honore, Fonte nascentes membris, & sanguine Christi.* Accinit Sedul. lib. 5. Carm. v. 289. *Ut converteretur mundus; necessarium, quod Christi lancea perforaretur latus. Renuit Christus, ut per huiusmodi aversionem claret, quam in religionem rebellis mundus; qui quidem nisi per idem non saperet, nec in eum crederet, quem non cognovit. Unde propter mundum renuentem dicit: *Erue à fraxem Deus animam meam.* Renuit, sed Pater latus sanciantium signavit: quo intuitu dicitur: *Miles lancea latus eius aperuit.* Acumen est Augustini hic Tract. 120. Vi-*

gilanti verbo (infit) *Evangelista usus est; ut non diceret. Latus eius percussit, aut vulneravit, aut quid aliud, sed aperuit, ut illic quodammodo vite essetiam panderetur; & non panderetur ad vitam omnium, nisi fuisset vulneratum: quandoquidem mundus talpæ ad instar duntaxat aperit oculos, dum accipit vulnus. Perferretur articulum. Mundus cultum veri Dei vel negligebat, vel fatalitatem, levitatem, stultitiam reputabat. Non convertebatur spiritui lenitatis, præ gravitate cordis. Vulnus Deus minatur, sed riacur, quin ex minis spes ulla micaret conversionis: dicitur quæ medianter latus eius (conversionem renuentis) mucrone apertum, dum fuit lancea vulneratum; ut firma in conversionem appareret prædicatio, atque rebellis stuperet conversio: equidem latus Christi per vulnus unus militum aperoit; quod Pater iam ad conversionem Gentium eodem in loco signavit. Ulterius. Latus aperit, & mundus simul convertitur: *Exiit sanguis & aqua.* Exiit purissima Ecclesia, iam sine ruga, aut levisima macula, in exemplum eorum, qui convertuntur ad cor, quum ex circumventionem sæculi impostoris cor eorum vanum est, abentium post vana, religione neglecta vel irrita: mundusque totus religionem admittit, quam desepexit, & iugo confusus de reitentia, sese lubenter submittit; quia vidit eodem in loco lateris patulum vulnus, ubi signaverat Pater.*

19 Exponit conversio Gerardi per Bernardum totum textum: igitur cum religionem renueret, ac flocci, fusque deque, faceret, nec se per vulnera signata convertendum crederet; circumdatus inimicis & armis, icu reddat in mentem adinstar Herculis, exeunte sanguine & aqua: sanguine è vulnere lateris, aqua ab oculis; erroremque cognovit, ut unus militum lancea latus eius aperuit: expavit enim, dum vulnus confitrat ibi ubi pater Bernardus præficus signaverat. Cecidit Pauli adinstar, ut surgeret, vas electionis fieret, in Monasterij schola virtutis factus exemplum, ut erudiret Principes eius sicut semetipsum. *Extendam enim manum meam* (dicit Dominus Moysi, dum Ægyptij veram iprevissent religionem & incumberent in fervorum Dei alienam captivitatem) *& percussim Ægyptum in cunctis mirabilibus.* Si Ægyptus tenebras sonat, & tenebra percuciantur; Deus sanè percussioibus illuminat. *Pende: Percussim in cunctis mirabilibus.* Mirabilibus percucit: Ipse cognovit signum nostrum: igitur quodlibet miraculum est vulnus pectori in conversionem animæ. Non solum mirabilia

Angust.

Unde miraculo insensato ex Gerardo ad religionem conversio

Exod. 3. 10.

Miram in Dei pietate supplicium.

dicit, sed cuncta addit: igitur anima e tenebis in lucem gratia conversa, univcrsa mirabilia. In cunctis mirabilibus: id est, summa potestate. Nihil mirum, ubi homo implicatus tor erroribus, quois nec religionem reputat, nec de conversione curat: diciturque Egypti conversio in mirabilibus cunctis, ut elucet difficulter conversionis: igitur ubi obsecutus restitit rebellis animus in conversionem cordis necessarius rotus Deus. Manum in Egyptum extendet, ac in cunctis mirabilibus percutiet. O bone Deus! In te profecto miraculum, devenire in peccatorum supplicium. Dum percutit, manum extendit; ne vulnere spes cadat peccatoris: etenim cum vulnus sit vulneris medicamen, & manus extensa in percussu protectionem; mortificat ut vivificet, igitur ut vulnera sanet: percutit & manus extendit, ut leve amplexus, quem projecit ictus: igitur vulnere expellitur error, ac manu extensa introducitur amor: mundo constat gratia, quecumque a Deo inflata pre amore vulnera. Vernacule: Para salud de ias almas, quando biete la Deidad, cada golpe es un favor.

20 Ergo in penitencia testimonij, & acumen nostri articuli. Extendam manum meam, & percutiam in cunctis mirabilibus. Sunt enim Dei mirabilia, ac ex percussione vulnera. Ita Egyptus rebellis in cognitione veræ Religionis, sed cum vulnera videret, respuit. Vulgus promiscuum innumerable ascendit cum eis: id est, Egyptiorum conversi qui ad ludasimum comitari voluerunt. Ita Perer. Bonfrer. & Alapid. iam conversi, qui ita in religionem rebelles præduritia cordis? Viderunt vulnera, pridem minata: acceperuntque quam religionem spreverant, ac propter errores fugerant, considerantes in percussione prodigium, ac ex manus extensione novum miraculum: siquidem facta in conversionem prænunciata vulnera, eodem in loco, quod fuerunt antea decreta. Extendit Bernardus manum, sed in prodigium: extendit signans locum percussiois, pro conversione fratris, inter tenebras sæculi errantis simulque lacentis, averfantique religionem, quasi genij levitatem: patueruntque univcrsa mirabilia in amplexu religionis, ubi languis fluxit è vulnere lateris: quandoquidem Gerardus vidit prænunciatum ictum, eodem in loco quod frater extendit manum. In cunctis mirabilibus, quia plura in hoc miraculo visa, ut fractio vinculorum, ac ferarum, vincti gressus & in templum effugium, videntibus obsecratis, simulque vitis non visis: quibus superfecto, quippe fufissimè egi hic, Tautolog.

Hinc pietas, quantal

Cap. 12, 38

Cur in Gerardii conversione miraculum presens infusa

log. 4. D. 4. à n. 6. Christus; cum proxima esset dira ab hostibus lapidatio: abscondit se & exivit de templo. Ascendit se ab oculis eorum, quia se fecit invisibilem: unde per medios hostes ivit illisus; & è templo exivit: subdit Theoph. Quod Christo accidit, ut egredietur; Gerardo, ut in templum ingrediretur, quippe præsens evanuit ab oculis, eò quod factus invisibilis. Eius sanguini inhiabant hostes, sicut Christi morti civis: uterque inter hostes erat; sed uterque transiens per medium illorum ibat. Miraculis comprobantur miracula, ut in prophetia Bernardi cuncta clarescat mirabilia: etenim cum sederet consolatium cordi (ut canit Sidon. Apollin. Paegy. 4. v. 73.) Cuncta monstrat nare sagaci.

21 Ultimus sensus est gustus, qui in Bernardo in sensibilia sine sensu, ac nimio sensu. Quod de Scythis ex Herodoto vidimus, Tautolog. 10. D. 1. n. 12. refert Solinus de Britannis, cap. 25. Puerpera (init) si quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inque os parvuli summo mucrone aspiciunt alimentorum leviter infert. Ita nutritus Bernardus à frugalitate genitrice, sensus mortificatione: etenim illi cibus non erat cibus, sed vulnus, quod fugiebat (dum cibus), ne gladio interficeretur; si mori quibat inanims cibatione, qui mortuus vivebat fame. Ut comedamus & moriamur: dixit Elia cibum petenti Sarephana femina, cum alimento reficiatur vita. Astruit Bernardus, quam lethalis illi cibus: igitur dum manducabat gladium in cibo videbat. Adi dicta, Tom. 4. T. II. D. 4. à n. 16. Astruit Merlon. d. lib. 1. n. 22. Sic accedit ad sumendum cibum, quasi ad tormentum. Quid mirum, si in illo videbat gladium? Christus potum cum gustasset, noluit bibere. Resectio vel situbundo par passioni: etenim cum sobrius potum arbitretur cruciatum; quequid ad refectum semper acerbum. Gustans gustavi in summitate virga (Abulens. & Malucend. Lancea) paululum mellis & ecce ego morior? dixit Ionathas. Utrique: haud cognovit acumen lancee sub melle. Cognovit Bernardus, etiam dum leviter ab illo gustandus cibus: equidem ne gustans gustabat paululum; quippe sub suavi melle in gustu fectabat ferrum. Id cura quod vulgus habet pro corpore, solum Transiit ad mentem.

22 Hi viri singulares (ut verbis utar Stoici, 3. de Ira, cap. 20.) Alimentum habuerunt fame savius: siquidem sat in fastidium, quod corporis alimentum. Unde Statius 3. Silvar. 3. v. 106. ait:

MO Ioan. 8. 52. Theoph.

Luc. 4. 3.

Sidon

Selin.

Bernardus cibus, vulnus.

3. Reg. 17. 11.

Matth. 27. 34.

1. Reg. 14. 43.

Mant. d.

Scenc.

Hinc

Hinc tibi parva quies, amique exclusa voluptas.

Exiguæque dapes, sed iura genitalia cordi. Animus satur aut avidus proprii cibi, obliviscitur corporalis alimenti: quapropter Plaut. in Casia. Act. 4. scen. 2. v. 16. inquit: Qui amat, si esurit, nihil esurit.

An Bernardus amore nutritur, dum inter lilia pascitur? Cibus uti amarus despicit, cui celestis tantum sapit. Panis Ægyptius displicet, cui duntaxat Manna placet, habens in se omnem delectationem, & saporis suavitate. Impij appetunt cum Manna terrestres cibos, quia sine ulla cœlici panis aviditate peccus. Iusti non appetunt, quod fallidant: equidem cum esset spiritualis efcas alimenti corporalis nec memoria. Aliquid profecto Bernardus pregravit, qui uti acerbum cibum corporalem fastidivit, ita ut torqueret cogitatio. Profecto. Accessit ad fontes Salvatoris, applicatus vulneri lacris, cui Christus amplexu dixit: Bibe Bernardus. Modulatur Philotheus in eius Vit. cap. 4. Talia dum memorat, Domini pendentis imago

Solvit in amplexus brachia mota suos. Sic novus interno gaudebat nechar miles, Talis in ardenti pectore feror erat.

Idem Merlon. lib. 7. cap. 7. & Menolog. Cisterc. 23. Mart. Ioannes venit, non manducans neque bibens, cui esca meli. En causa, cur Bernardo fastidiosa quilibet esca: haud bibebat, vel manducabat: quia mel suavisimum de petra crucis fugebat. Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso Dei mei. Rupertus hic. Ut primum respondeat pugna. Unde pugna? Erine è iam victoria? Ex alimenti arbitror repugnantia. Famem Bernardus haud sentit, quem cibus torquet. Pugnare, quia repugnat: & cum in vitam necessarius cibus; nascit homachus; quia ex cibo ligni vite, repugnantia oriebat alimenti. Hinc sine ullo utu sensum, nisi ad huiusmodi cibum, introductus in cellam vinariam, ut ordinatione charitatis propriam perciperet, escam; quin evigilaret, nisi ad lignum vite degustandum accederet.

23 Dormientem sine ullo usu sensuum esse, percipitur sensu. Sponsus animam quiescentem in huiusmodi felicitate somni, ter prohibet excitari; unde regerit: Ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, quousque ipsa velit. Quid sit huiusmodi somnus, vel amoris excessus, diximus hic Didasc. 3. à n. 6. An quia Sponsus intra septa Monasterij Bernardum quiescere reclusionem satagit, quousque ipse in egressum

Stat.

Esuribat celestia.

Plaut.

Crucifixi imago Bernardum amplexitur.

Philoth.

Luc. 7. 33.

Matth. 3. 4.

Apoc. 2. 7.

Cant. 1. 7. 3. 5. 8. 4.

dormientem excitet? Contradixit contextus: etenim non dicitur, quousque Sponsus placeat, sed quousque velit, quem amator excitat. Quousque velit? In voluntate dormientis tenium usus inficit: Utrique, ut cognoscat vita perfecta Bernardi: si ad alia, quam ad Sponsum sensuum quiescentis dirigitur lex, ille excitari non vult: habet enim sensus necessarios ad voluntatis natum; quippe ad alia Bernardus non habet sensum. Patet. Ille suscitatur, sed renuit Sponsus, quod ab alijs excitetur. Sub arbore molo (quod quidem crux) suscitavit. In cruce excitatur, qui nec crux expergit: Domit ad sæculi curas, quem pungit charitas, in admirationem excitantibus corda, Bernardi somno & vigilia: igitur ut scam vigil accedit ad crucem, dum ad alia inveniebant semper dormientem. Bibe Bernardus de voluptatum torrente. Gusta & vide, quam suavis Dominus, eius calix quam praelatus! Ipsa maiestas separato brachio à cornibus crucis videbatur eundem Dei famulum amplecti; atque adstringere sibi. Quæ est ista, vel cuius est anima, delicijs affluens, excitata sub arbore crucis, innixa super dilectum suum? Bernardi sanequam est: propter quam illectus amore, Christus descendit de cruce.

24 In allegoria speciosa huiusmodi rutilabunt mirabilia. Transitus Israël per Iordanem significasse Christi mortem, asserunt plures apud Serar. lib. 2. in Iosue, à quest. 1. Unde Ioann. 13. 1. Venit hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem. Functio tempore Iosue ita peracta, ut steterint aque descendentes in loco suo (Hebr. in loco suo) quæ autem inferiores erant, descenderunt. In duo brachia divisum est flumen, ut favoris in Bernardum demonstraret specimen; dum pridem brachia in amaritudine maris passionis adinstar aquæ immota atque fixa esset à dextris & sinistris. Uterque transitus Salvatorem crucifixum exponit: cur igitur qui per Iordanem, excessum eius cum Bernardo portendit: ipsa maiestas separato brachio à cornibus crucis, Bernardum amplectens adstringit vulneri lateris: brachijque divisi Iordanis confertur, ubi Bernardus à Crucifixo adstringitur; quia adinstar Iordanis brachium unum fixè hærebat, alterum vero naturali inclinatione in Bernardum declinavit. Brachium sanè divisum in flumine copioso gratiarum: unum Bernardo, alterum in loco suo. Bibe Bernardus, bibe.

Sive tui solum Iovis, & virtute parat à Astra tenes, hanc sumque tibi succinta beati Necessarii. Re.

Duntaxat tenium habebat ad Deum.

Ubi supr.

Iosue 3. 16.

Hieroglyphi cum gratia Bernardus fa Be, dicitur brachijima gini crucifixi.

Stat. d. r. v. 25.

25. Reslant in eum collata dona Virginis matris, ut cibus corporalis esset illi summi horrores. Quando Spiram Pontificis iussu ad Fœdera inter Principes componenda, profectus est; Imperatore astante, aoplerisque Principibus, innumeraque multitudine audita est clara voce à B. Maria Virginis imagine hæc oratio: Salve Bernarde. Ita Naucler. Gen. 39. Ann. 142. & Maiol. Tom. 1. Colloq. 23. Haud hocine favore quievit: etenim cum Bernardus illi diceret. *Monstra te esse matrem*, ut virgo se non aliter ostenderet, ubere de celo pleno hianti uberibus lactavit.

Summi Regina theatri Nectaris illi visis movere sonos.

Philoth. d. Sape suam Virgo famulum venerata solebat Visere, & ambrosias sape referre dapes.

Quid ita lactatus, quod terrena fastidiret & alius cibus torqueret? Quid quod postquam ablactatus, ut avulsus a suavitate nectaris, transiret Isaac ad convivium lateris Salvatoris: Quid quod de hostibus schismaticis triumpharet, potentes premeret, oppugnantes vinceret armis virtutis, fucto nectare ab ubere Virginis? Minerva virgo erat, Achilles fame peribat, eius virtus deficiebat, pravalente Heclore, qui lacere debebat sub Achille. Quid ergo decretum in certamen atque victoriam de celo? Quod Achillem statim lactaret Minerva virgo. Suocinit Homer. *Illiad.* 19. à v. 346. Achilles teinus & impastus est. Sed vade, et nectar, & ambrosiam amabilem In stilla è peioribus, ne ipsum fames occu-

Homer. Minerva è celo desiliit per athera: hæc autem Achilli

Nectar in peioribus & ambrosiam instillavit:

Ipsa autem ad patris præpotentis redijt domum,

Splendor autem ad cœlum ibat.

Achilles laetatur dicitur. Si populi certamen erat, discordia regni, Bernardus pacator erat, legatus ad urbes

ibat, & ad Reges, odium fracturus & iram,

Maat. d. Si quando in dubijs nutabant peiora rebns, Prodigijs claruit.

26. Alia timor de proposito Virginis, ambrosiam conferentis cœlestem, ubi ille clamat: *Monstra te esse matrem*. Mater qualibet femina cognoscitur lacte ubere

rum. Patet, quid insit Bernardum. Si lac ab illo petitur, eius mater Virgo agnoscitur: lacte namque firmavit filiationem, ut monstraret esse matrem. Adoptio, cum sit acceptio personæ in qualitate generis, ad quam ius non habet ex vi originis; solum à feminis facta per lac, ut fictum de Ionone erga Bacchum & Herculem, de quo Nos in *Ephemer. Isagog. Lun.* n. 4. ex Mythologis. Modò intelligo, quod nonnunquam reputavi errorem, vel stultitiam. Rab. Iose in *Genes.* 21. asserit Saram plures habuisse filios: unde ibid. Hebr. legit, v. 7. Caictan. & Maluend. *Deus fecit lactare filios Saram. Quis crederet?* Si unicum habuit, unde alios peperit? *Abundavit tantò lacte, ut lactaret non solum filium, sed filios:* subdit Caictanus, & Lyra insit: *Mulieres apportantur pueros suos, & Sara lactavit eos.* Quid quod lactaret, ut lactentes quasi filios haberet? Per lac quæ mater agnoscitur, & alienus in filium adoptatur; ut sit eiusdem sanguinis cum non sit generis: Saraque unipara filiorum habuit hilarem pluralitatem, propter lactis adoptionem. Sara (subdit Alapid. v. 6.) *typus fuit B. Mariæ parentis Christum.* Ergo Maria alios filios habuit. Unde? Ex lacte. *Spectabilis mater effecta est:* ait Richard. *Victor. lib. 1. p. 1.* Admittit in genus, qui non generis, per exhibitionem lactis; quippe quam mater ostendit, à qua puerulus lactatur: filiosque Virgo possidet, dum unum habuit; igitur Christum habuit filium naturalem, Bernardum verò per lactis specialem adoptionem. Ad, *Tom. 2. T. 2. D. 11. à n. 13.*

27. *A generationibus meis implemini:* dicit quæ semper virgo, ut clareat ex una alia & alia generatio. Impletus est orbis generationibus Virginis: eorum unus in ventre concipitur, alij ad ubera portantur. *Beatus venter qui te portavit, & ubera qua suxisti:* dicitur in plasmum matris ac Salvatoris. Quorsum etiam signantur ubera sucta, supposita matris gratia? Ut demonstratione discriminis, Virginis matris dicantur generationes: igitur filios alios per lac matris amor gignit, si naturalem lactavit, quem in utero concepit. *Non omnia sanguis*

Proximus, aut ferie generis demissa propago Alligat. Interius nova sepe, adscitæque serpunt

Pignora connexis, & legisse iuvat. O Virgo mater! Duntaxat in Isaac vocabitur tibi semen, sed aliam in Bernardo habes generationem: etenim illum genitricis amore, & lactali sacro ubere. Rectas diligit te,

Aleptis p. lac.

Rab. Iose.

Genes. 21. 6

Caict.

Lyran.

Alap.

Richard.

Eccle. 24. 28

Luc. 11. 27

Stat. 2. Silo. 1. à v. 81.

memor uberum tuorum. Exponat ipse Bernardus. *Sustinens dum venias* (insit in *Cantic.* ferm. 23. n. 2.) *scientes, te plenis ad nos reversarum uberibus: vini tamen desideria memoria abundantie suavitatis, quam iam ex uberibus fluentem experti. Nunc verò vides, quomodo de matre presumunt, quomodo gaudia sua reputant. Minimè ita considerent, nisi matrem agnoscerent.* Monstravit esse matrem, dum matris Bernardo demonstravit amorem. Canit gloriam Bernardus lib. 2. Epigr. 14. *Diversos diversis iuvant miracula divos, Quilibet ut meritis premio digna refert. Quantus apud Superos colitur Bernardus alumnus, Quem pia virgineo lacte Maria beât!*

Bernard.

Bonav.

Voluptas Augustini ab ubere ac lateri.

Richard.

Mendoza.

Cantic. 5. 1. Berardi etiam ab utroque.

Ambros.

Ardet, in aetheris animo conscende recessus; Et gremio Domini caput insere: mox inbiani

Mamerti

Profusa lacte sacro largus dabit ubera Christi.

Divinoque tuam profundet lumine mentem; Quomodo sensum usu, quem lux circumfulsit è cœlo? Quomodo cibus dulcis gutturi quod cœlesti rigabatur lacteo sanguine! Cum interiore sensu illuminati amoris, dulcius ac frequentius sentire inciperet desursum spirantem sibi suavitatem; vix utebatur sensibus corporis (subdit Guillelm. d. lib. 1. cap. 4.) Totus absorptus in spiritu, tota occupata memoria, videns non videbat, audiens non audiebat: nihil sapiebat gustanti, vix aliquid sensu aliquo corporis sentiebat. Iam sensus sunt sine sensu, & sensum ultra quippe cogitatio in cœlestia exuperat omnem sensum, cum Bernardus nesciret, an in corpore esset vel extra corpus; siquidem sine sensibus in sensibus vagari perfectus. O Monachi sentite in vobis, quod in Christo Iesu sensit Bernardus; ut sursum sint corda, siquidem hæc itur ad alta: ibique adhærebit cor, si nostra conservatio in cœlis esset. O Monachi!

Guillelm.

Ferte per antiquos patrum vestigia gressus, Et veteres servate vias. Quæ insania vexati? Non pudet bis uti tanto sub iudice nugis?

Mantuan. Eclog. 1. 3 v. 198.

DIDASCALIA V.

S. Franciscus, quia minimus, maximus.

DE quo nobis sermo? De Minore, vel de minimo? Ubi argumentum efformatur de humilitate: sanc de utroque. *Gloriosa humilitas, ima sursum elevans, mentem Deo coniungit, virtute replet, gratia deificat, atque sapientia illustrat.* Ita Cirill. in *Apolog.* lib. 2. cap. 19. Nitet in utroque virtus, dum univocis nec haberi videtur. Eminent culmen gratiæ, dum videntur sibi hominibus minores, qui deficiit illustratque sapientia singulorum intellectum; quippe invenit artem, qua ima prominent sursum. Homines itaque divites in virtute, quia divitibus virtutis ex paupertate: sibi parvi, minor, minius in oculis suis; sed magni coram Domino, qui sapientiam præstat parvulis: etenim si magnus Minor Franciscus à Pare luminum: qui per illum in lucem editus maximus, Minimus vocabitur etiam in regno cœlorum.

Cyrril Alex. Effusus humilitatis & inguis.